



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.  
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que  
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia  
colit ac veneratur.||**

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Decreta Marci pape.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

## Decreta Marci pape.

in clericatus gradu suscipi, nisi quinque Episcoporum designatus sit chyrographis.

### Incipiunt decreta Marci pape.

¶ Epistola Aegyptiorum pontificum ad Marcum papam pro exemplaribus Nicæni Concilij, quia Arriani eorum exemplaria incenderant.

**C** **D**omino sancto & Aplice culminis venerando Marco sanctæ Romanæ & Aplice sedis, atque vobis Ecclesiæ papæ. Athanasius & vniuersi Aegyptiorum epi. Ad vos puenisse non dubitamus quanta & qualia ab hæreticis, & maxime ab Arrianis quædam patimur, quoniam in tantum ab eis persequimur, ut etiam viuere nos tædeat. Nam instanti tempore subito & insperate in nos irruentes, nosque iuxta preceptum domini, qui ait, si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam, fugiendo propter cladem populi declinantes nos comprehendere non valuerunt, sed omnia nostra depopulati sunt, in tantum enim nostra vastauerunt, ut nec libros, nec vestimenta ecclesiastica, aliaque ornamenta, nec reliqua vestigia nobis dimitterent. Libros vero non omnes usque ad minimum incedentes, nec iota vnum relinquentes propter veritatis fidem Nicænam synodum, qua clericus & populus imbutus, & maxime iam imbuti erant in contumeliam nostram, & omnium Christianorum incederunt. Quapropter precamur per beatissime, quia non dubitamus apud vos plenaria esse Nicæni Concilij exemplaria, ut nobis illa que sancte recordationis predecessoris vestri Syluestri fuerunt sub tuta mittatis stipulatione. Nam quoniam predictæ synodo cum beate memorie Alexandro digno deo pontifice nostro, i. Alexandrina magne ciuitatis episcopo in diaconatus interfuius officio sub nostra presentia testimonio per beatos viros Victorem, Vincetium presbiteros aplice sedis apocrisarios missa sunt predicto pape Syluestro cum vestimentis subnexa capla, lxx. Sanè presentibus nobis, lxxx. in memorata capla tractata sunt synodo, s. xl. a graecis graeca lingua edita, & xl. a latinis sicut latina edita lingua, sed visum est trecentis decem & octo presbiteris in predicto sancto spiritu repletis Concilio congregatis, & maxime iam dicto Alexandro, & aplice sedis apocrisariis, vt. x. capitula adunarent, alij atque congruis in locis siferent, & ad formam, lx. discipulorum vel totius orbis terre linguarum, lx. tantum & tam excellentis concilij fieret capla, que omnium Christianorum informeret orbem & omnes sub sacerdotali & Christiano nomine degentes vna fides, & vna sacerdotalis, atque clericalis regeret norma, nec quicquam a suo dissideret capite. Nunc ergo ut predictum est inimici sancte dei ecclesie, & maxime Arriani a quibus quotidie expugnamur, coterimur & opprimimur prefata lxx. Nicæni Concilij capla que de prefata synodo iam facta iubente domino meo Alexandro, decreto omnium episcoporum attuli, que etiam coram omnibus recitavi atque transscripti sunt igne combusta, optamus vt a vestra sancte sedis Ecclesie autoritate que est miris, & caput omnium Ecclesiarum ea ad correptionem, & recreationem fidelium orthodoxorum percipere per presentes legatos mereamur. Verè nouimus apostolatus vestri cor gratia sancti spiritus in tantum esse accessum, ut omnibus opprobriis succurratis, quanto magis nobis quibus exigui ordinis tantum vestri sumus vobisque obediētes cum omnibus nobis commissis & sumus, & esse speramus. Ideo decet & oportet vos nobis hæc que rogamus, & alia que necessaria iuxta sapiam quam vobis prestatit altissimus esse cognoueritis absque tarditate prestare, ut tante miserie squalores a fidelium mentibus detergeretur, & quasi vulnere corpori infixum aditu tante miserie obsecrato saluari curet Antidoto, vt diuini freti iuuamie, vestraque autoritate atque auxilio roborati aduersantium tergiversationes euadere valeamus, atque incolumi vultu non fraude cuiusquam percussi assistere eterno iudicio mereamur, & voce audire Christi: euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituaui, ita in gaudium domini tui. Et subscriptio: Orate pro nobis sanctum apostolatum vestrum largiens dominus conseruet tribus.

¶ Rescriptio Marci papæ, de missione capitulorum Nicæni Concilij Athanasio & omnibus Aegyptiorum Episcopis.

**D**ominis venerabilibus fratribus Athanasio, & vniuersis Aegyptiorum Episcopis, Marcus sanctæ Romanæ & Aplice sedis, & vobis Ecclesiæ episcopus. Doleo fratres & nimium contristor super afflictione vestra, sed oppido consolor, quod vero agitata non estis harudo, sed recti in fide inter omnes percellat & turbatum colluctationes incessanter perduratis. Lectis ergo fraternitatis vestrae lris vigore constantia vestra que olim noueramur, agnouimus congratulantes vobis, quod ad custodiendum gregem pastoralem curam vigilanter insequimini, ne lupi qui sub specie ouium subintrarunt bestiali sequitia supplices dilacerent, quod non ad hoc subintrarunt, ut aliquid correctione perficerent, sed vt ea que sunt sana, corrumpant. Quapropter moneo & hortor dilectione vestra, vt bonum quod incipistis adminiculare diuina gratia usque in finem perducere satagatis veritatis voce monete. Beatissimi qui perseuerauerit usque in finem, vnum enim beatum perseuerantia nisi de virtute patientie. Nam iuxta apostolum omnes qui voluerint pie viuere, in Christo persecutionem patient, que non in eo tantum computanda est, quod contra Christianam pietatem, aut ferro, aut ignibus agit, aut quibuscunque supplicij cum persecutionum sequitia suppleat, sed dissimilitudines morum & contumacie inobediētium, & malignarum tela linguarum, quibusque conflictationibus contra semper membra pulsan, a nulla pioque portio conflictatione sit libera. Ita vt picul nec otio careat, nec labore, nam hæc & omnia incrementa probabiliu studios, & in eis usque in finem perseuerantia, atque bona voluntas

voluntatis incrementa ad Christi gratiam semper sunt referenda, ut in omnibus quae agimus deus omni perfecte laudet ipse. ¶ De capitulorum namque verorum Niceni concilii quibus nos interfuisse scitis vestra fraterni tatis significastis a nostris qui vna vobiscum interfuerunt diligentioribus requisitum collo- cutibus, qui ita ut vestra testata sunt scriptura omnem nobis ordinem exposuerunt, & vestra epistolam per oia vera esse testificati sunt non ut nos aliquid finistru vestra ex parte arbitraremur, sed nos & vos illosque absque ulla in posterum titubatione vnum sentire optaremus, & sancta Romana ecclesia quae semper immaculata mansit, & domino prouideat, & beato Petro apostolo opere ferente in futuro manebit sine ulla heretico- rum insultatione firma & immobilis omni tempore persisteret. His ita pactis diligenter requireretur in sancto nostra & apostolicae sedis scrinio eadem quae sunt recordationis praedecessori meo Siluestro sunt directa septuaginta (sicut significastis) capitula illesa inuenimus. Ipsa enim vobis propter autoritatem, & subscriptionem tantorum patrum, & eius magni concilii minime misimus, sed per eadem coram apocripha- rijs vestris alia similia eundem nuntiare eademque verba, & ipsam subscriptionem continenter vobis rescribere, & sub certa stipulatione & confirmatione mittere curauimus. Et quis est qui fratribus suis talia negare audeat? Nam non negligenda nobis haec per sancti spiritus gratiam dominus docuit, sed fideliter exer- cenda & scribibus contradenda & docenda distribuit. Haec apostolorum viua traditio, haec est vera charitas quae praedicanda est, & praecipue diligenda ac fouenda, atque fiducialiter ab omnibus tenenda, haec sancta & appli- canda omni ecclesiae. Christi ecclesia quae per omnipotentis dei gratiam a tramite apostolicae traditionis nunquam er- rasse probatur, nec hereticorum nouitatibus deprauanda succubuit, sed ut in exordio norma fidei christianae precepit ab autoribus suis apostolorum Christi principibus illibata sine tenore manet secundum ipsi- um domini saluatoris diuinam pollicitationem, quae discipulorum suorum principi in suis fatus est euangelij. Petre inquires: ecce Sathan expetiuit, ut cribraret vos sicut qui cribrat triticum, ego autem pro te rogavi ut non deficiat fides tua, & tu aliquando confirma fratres tuos. Consideret itaque vestra excellens prudentia quam bonum sit sustinere in dispensatione vobis credita, & si de re certa, atque hereticis & emulis Christi repugnare, & nunquam a veritatis tramite declinare, quam dominus & saluator omnium cuius fide est, quae pro nobis mori non dubitauit, & proprio nos suo redemit sanguine, quae fide beati Petri non defectura, promissum sit, & confirmare eum fratres suos admonuit, quod apostolicos pontifices meae exiguitatis praedecessores con- fidenter fecisse se per cunctis est cognitum, quae & pusillitas mea huiusmodi sit & infirma, per suscepto tantum diuina dignatione ministerio, pedissequi cupit existere, vnde ei erit nobis quae huius ministerij onus susce- ptum habemus, si veritate saluatoris nostri Iesu Christi, quam apostoli praedicauerunt, praedicare neglexerimus vnde erit nobis si silentio veritate oppressemus quae erogare numularijs iubemur, i. Christianos po- pulos ibuere & docere, quod in ipsius Christi futuro dicturi sumus examine, si sermonis eius verita- tem confidimus praedicare. Quid erit de nobis cum de commissis nobis accusabimus, & de officio suscepto rationem iuris iudex Christus deus noster districtam exegerit. Ideo fratres hortor dilectionem vestram ob- testor & moneo, ut quae debetis & potestis solitudine vigiletis ad inuestigandos hereticos & i- micos sanctae dei ecclesiae, & a suis membris ne pestis haec latius diuulget, seueritate qua potestis per viribus extirpetis, quam ut habeat a deo digne remuneratio summi quae diligentius quod ad salu- tem commisit sibi plebis proficiat, fuerit executus, ita ante tribunal domini de reatu negligentiae se non po- terit excusare quicumque plebem suam contra sacrilegae persuasionis autores noluerit custodire, data xx. Calendas Nouembrii Nepotiano & Secundo viris clarissimis consulibus

¶ Incipiunt decreta Iulij pape.

¶ Incipit Romana synodus habita a Iulio papa, & reliquis orthodoxis episcopis.

**I**n nomine domini dei & saluatoris nostri Iesu Christi, imperatoribusque Constantino & Constantino Augustis anno quarto sub die xix. Calendas. Octobrii indictione sexta, praesidete sancto ac beatissimo Iulio papa sedis apostolicae urbis Romae, propositis sacrosanctis & venerabilibus eu- gelijs in ecclesia domini dei & saluatoris nostri Iesu Christi, quae vocatur Constantiniana, residentibus etiam viris venerabilibus pariterque cum eo audientibus Benedicto Aquileiense episcopo, Rufo Cartha- ginense episcopo, Agapito Rauennate ecclesiae episcopo, Iulio Mediolanense episcopo, Luciano Mauriane- si & reliquis cum eis centum sexdecim episcopis, Iulius sanctissimus praedictus episcopus urbis Romae dixit: Sanctae dei & apostolicae synodo & dei voluntate, & gratia indiuisa consensione sancti spiritus in hac con- sonanter & vnanimiter congrate antiquae urbis Romae ad confirmationem sacrae & correctio- nis fidei nostrae, & christianorum immaculate disciplinae, ut nostris beatissimi fratres necesse est cogitare, & consonanter omnes nos docere secundum naturam dei summi, & patris sapientiae domini dei & saluatoris nostri Iesu Christi omni desiderati humanae diuinaeque in eo attestatae veritatis voce naturam, quam qui con- fitebitur me coram hominibus confitebor & ego eum coram patre meo qui in caelis est. Qui autem negauerit me & verba mea, negabo eum & ego coram patre meo qui in caelis est. Vnde oportet, ut primo fidei trecento- rum decem & octo patrum in Nicena synodo corroborata ponamus, & postmodum quae necessaria sunt fideliter tractemus. Cui ab omnibus vna voce respondimus. Ad hoc conuenimus, ut post hoc primum secundum dei voluntatem faciamus, & a fundamento Christi Iesu incipiamus, & denuo per fratrum oppres- sione tra-

c. 3. sione tra-